



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

LIBRERIA

Large block of faint, illegible text in the middle of the page, likely bleed-through.

LIBRERIA

Faint text lines below the second header.

Faint text lines below the third header.

Faint text lines below the fourth header.

Faint text lines below the fifth header.

Faint text lines below the sixth header.

Faint text lines below the seventh header.

Faint text lines below the eighth header.

Faint text lines below the ninth header.

Faint text lines below the tenth header.



Menigmata iuris civilis ab Antonio Hebriffensi edita.
Magistratum Romanorum nomina a Pōponio laeto.
Eiusdem Antonij Hebriffensis observationes quedam.
Ciceronis Topica ad ius civile accommodata.

Cum principis priuilegio.
ne quis alius excudat.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



M. TVLIVS CICERO. S. D. C. TREBATI O

Quod quāti apud me sis: & si iure id qui dē. Nō enī te amore uico uerūtamē qd' p'senti tibi pprie subnegare nō tribuerē: certe id absenti debere nō potui. Itaq; ut primū Vclia nauigare cecepi: istitui Topica Aristotelica cōscribere: ab ipa urbe cōmonitō amātiſſima tui. Eū librū tibi miſi Rhegio scriptū: q̄ planiſſime res illa ſcribi potuit. Sintibi qdā uidebūt obſcuriora: cogitare debebis: nullā arē ſine lris: ſine itē pte: & ſine aliqua exercitatiōe p̄cipi poſſe. Nō lōge abieris. nū ius ciuile uim ex libris cognosci pōt. Qui q̄q; pluri ſūt: doctore tñ deſiderāt. q̄q; ſi tu attēte leges ſapi: p te oīa cōſeque: ut certe itelligas. Ut uero etiā tibi ipi loci ppoſita qōne occurrāt: exercitatiōe conſeque. In qua quidem nos te continebimus: ſi & ſalui redierimus: & ſalua iſta offenderimus. Vale. V. Cal. Sextil. Rhegio.

MARCI TVLLII CICERONIS TOPICORUM LIBER AD CAIUM TREBATIUM.

MAIORES nos res ſcribere igreſſos. C. Trebati: & his libris quos breui tpe ſatis multos edidim; digniores e curſu ipō reuocauit uolūtas tua. quē enī mecū i tuſculano eſſes: & i bibliotheca ſeparati uterq; nīm ad ſuū ſtudiū libellos quos uellet euolueret: icidiſti i Aristotel' topica qdā: q̄ ſūt ab illo pluribus libris explicata: qua i ſcripitiōe cōmot; cōtinuo a me eor; libror; ſentētiā reſiſti. Quā tibi quē expoſuiſſe diſciplinā i ueniēdoq; argumētōq; ut ſine ullo errore ad eā rōnē uia puenitem; ab Aristotele iuētā libris illis cōtineri. Verecūdetu qdē ut oīa: ſed tñ ut facile cernerē te ardere ſtudio mecū: ut tibi illā tradere: egidi. Quam autē ego te nō tā uitādi laboris mei cauſa: q̄ qd' itereſſe tua arbitrarer: u' ut eos p te ipſe legeres: uel ut totā rōnē a doctiſſimo quodā rhetore acciperes: hortat; eſſe: utrūq; ut a te audiebā es exptus: ſed a libris te obſcuritas reiecit. Rhetor autē ille magn; (ut opinor) Aristotelica ſe ignorare reſpōdit. Quod qdē mī meſū admiratus: eū philoſophū rhetori nō eē cognitū: q ab ipis philoſophis pter admodū paucos ignoret; qbus eo min; ignoſcēdū ē: q nō modo rebus iis q ab illo dicta: & iuētā ſūt allici debuerūt: ſed dī cēdi quoq; incredibili quadā quē copia: tū etiā ſua uitate. Nō potui igit tibi ſapi; hoc rogātī negare & tñ uerētī ne mihi grauiſſes. facile. n. id cernebā debere diutius: ne ipi iuris itē pti fieri uideret; iniuria. Etenī quē tu mihi meſq; multa ſape cauſiſſes: ueritus ſum ne ſi ego grauarer: aut i gratū id: aut ſuperbum uideretur. Sed dū fuimus una tu optimus es teſtis quam fuerim occupatus.

Ut autē a te diſceſſi in Graciā p̄ficiſcens: quā opera mea nec reſp. nec amici uterent; nec honeſte inter arma uerſari poſſem: ne ſi tūto quidē id mihi liceret: ut ueni Veliā: tuaq; & tuos uidi: admonitus huius aeris alieni nolui deeſſe ne tacite quidē flagitioſi tūa. Itaq; hęc mecum: quē libros nō haberē. memoria reperita in ipa nauigatiōe conſcripſi: tibiq; ex itinere miſi: ut mea diſgentia mandatoq; tuoq; te quoq; eſſi admonitōre non eges: ad memoriā nīarū rerum excitare. Sed iā tempus eſt ad id qd' iſtituimus accedere.

Quoniam oīs ratio diligens diſſerēdi diuſas habeat partes: unā inueniēdi: alterā iudicandi: utriuſq; p̄iceps (ut mihi uideſ) Aristoteles fuit. Stoici autē in altera elaborauerūt. Iudicandi enim uias diligenter perſecuti ſunt: eam ſcientiam quam diſſecticē appellant. Inueniēdi autē artem quæ topice dicitur: quæq; ad uſum potior erat: & ordine naturæ certe prior: totam reliquerunt. Nos autē quoniam in utraq; ſūma utilitas eſt: & utraq; ſi erit ociū: p̄ſequi cogitamus: ab ea q̄ prior ē ordiemur. Ut igit; ear; rer; q̄ abſcōdītæ ſunt: demōſtrato & notato loco facilis iuētio eſt: ſic quē perueſtigare argumētū aliqd' uolum; locos noſſe debemus. Sic enim appellatæ ab Aristotele ſunt hęc quaſi ſedes: e quibus argumēta p̄munt. Itaq; licet deſinire locū eē argumēti ſedē. Argumentū autē rationem q̄ rei dubiæ faciāt ſidē. Sed ex his locis in quibus argumenta inelufa ſunt: alii in eo ipſo de quo agit; harentali uero ſumuntur extrinſecus. In ipſo tum ex toto tum e partibus eius: tum ex nota: tū ex iis rebus quæ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur. Extrinſecus autē ea dicuntur: quæ abſunt: longeq; diſtincta ſunt: ſed ad id totū de quo diſſerit; tum deſinitio adhibetur: quæ in uoluntate euoluit; id de quo quærit; eius argumētū talis eſt formula. Ius ciuile eſt æquitas conſtituta iis qui eiufdem ciuitatis ſunt ad res ſuas obtinendas. Eius autē æquitatis utilis eſt cognitio: utilis eſt ergo iuris ciuilis ſcientia. Tum partū enumeratio: quæ tractat; hoc modo: Si neq; cenſu: neq; iudicā: nec teſtamento liber factus ē non eſt liber. neq; ulla eſt ear; rer; non eſt igit; liber. Tum notatio: quē ex uerbi argumētū a liqd' elicitur. hoc modo: Quā lex elia ſentia affi duo iudicē aſſiduū eē iubeat: locupletē eē iubet locupleti. Locuples ē. n. aſſiduus (ut ait Aelius) appellatus ab ære dādo. Ducunt etiā argumēta ex iis rebus: q̄ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quærit; Sed hoc genus in plures partes diſtributū ē. Nam alia cōiugata appellam;: alia ex gñe: alia ex forma: alia ex ſimilitudine: alia ex diſ

ferentia: alia ex contrario: alia ex coniunctis: alia ex antecedentibus: alia ex consequentibus: alia ex repugnantibus: alia ex causis: alia ex effectis: alia ex comparatione maior: aut pariu: aut minor. Cōiugata dicunt: q̄ sunt ex uerbis gñis eiusdē. eiusdē aut gñis uerba sūt: q̄ orta ab uno uarie cōmutant: ut sapiēs: sapienter: sapia. hęc uerbor: cōiugatio συζωγῆ ᾱ dicit: ex qua huiusmodi est argumentū. Si cōpascuus ager est: ius est cōpascere. A gñe sic dicit: qm̄ argentū oē mulieri legatū ē non pōt ei pecunia q̄ nūerata domi relicta ē: non esse legata. Forma enī a gñe quo ad suū nomen retinet: nunq̄ se iūgit. Numerata aut pecunia nō mē argēti retinet: legata igit̄ uidet̄. A forma generis: q̄ interdū: quo planius accipiat̄: partes enumerare licet hoc modo. Si ita Fabiæ quoq; pecunia legata est a uiro: si ea uxor materfamilias eēt si ea in manū uiri nō cōuenerat: nihil debet. Genus enim est uxor: eius duæ formæ: una matrūfamilias: hęc sunt quæ in manum conuenerunt. altera eaq; q̄ tantūmodo uxores habent: qua in parte q̄ fuerit fabia: legatū ei nō uidet̄. A similitudine hoc modo: si aedes ex se corruerunt: uitiū ue fecerunt: quarū usufructus legatus est hares restituere non debet: nec reficere: nō magis quā seruū restituere: si is cuius usufructus legatus est depisset. A differētia: num quia si uxori uir legauerit oē argentū: qd̄ suū esset: iccirco q̄ in noībus fuerūt legata sunt. Multū. n. differēt̄ archa ne positū sit argentū: an in tabulis debeat. Ex contrario aut̄ sic: non debet ea mulier cui uir bonorum suor: usum tñ fructum legauit cellis uinariis: & oleariis plenis relictis putare ad se pertinere id: usus enī nō abusus legatus est: ea sunt iter se contraria. Ab adiūctis: si ea mulier testamentū fecit q̄ se capite nunq̄ diminuit: non uidet̄ ex edicto p̄toris secūdū eas tabulas possessio dari: adiūgit̄ enī ut secūdū seruor: secūdū exulū: secūdū puerulor: tabulas possessio uideat̄ ex edicto dari. Ab antecedentibus aut̄ & consequentibus & repugnantibus hoc modo. Ab antecedentibus: si uiri culpa factū est diuortiū: & si mulier nūciū remisit: tñ p̄ liberis manere nihil oportet. A consequentibus: si mulier q̄ fuisset nupta cū eo qui quū connubii ius nō esset nūciū remisit: qm̄ qui nati sunt patrē non sequunt̄: p̄ liberis manere nihil oportet. A repugnantibus: si paterfamilias uxori ancillæ usumfructū legauit: a filio neq; a secūdo hærede legauit mortuo filio mulier usū fructū nō amittet. Quod. n. semel alicui testamento datū est: id ab eo iuito cui datū est auferri non pōt: repugnat enī recte accipere: & inuitū reddere. Ab efficientibus causis hoc modo: Oibus est ius parietem directū ad parietē cōem adiungere: uel

solidū uel fornicatū. At si quis i pariete cōi demoliedo: dāni isecti pmiserit: nō debet p̄stare: uel qd̄ fornix uitii fecerit. Nō enī eius uitio quī demolitus est dānū factum est: sed eius opis uitio: q̄ ita ædificatum est ut suspendi non possit. Ab effectis rebus hoc modo: Quam mulier uiro i manū cōuenit: oīa quæ mulieris fuerūt: uiri sūt dotis noīe. Ex cōparatione aut̄ oīa ualent q̄ sunt eiusmodi: qd̄ in re maiore ualeat: ualeat in minore. Ut si in urbe fines non regant̄: nec aqua in urbe arceat. Itē e contra: qd̄ in minore ualeat: ualeat in maiore: licet idem exēplū cōuertere. Itē qd̄ in re pari ualeat: ualeat in hac quæ par est: ut quoniā usus auctoritas fundi biēniū est: sit etiā ædiū. at i lege aedes non appellant̄: & sunt cæterar: omnium quar: animus est usus ualeat æquitas q̄ paribus i causis paria iura desiderat. Quæ aut̄ extrinsecus assumunt̄ ea maxime ex auctoritate ducuntur. Itaq; græci tales argumentatiōes ἀρεχρονσ uocat. i. artis exptes: ut si ita rñdeas. qm̄. P. Scæuola id solū esse ambitū ædiū dixerit: quātū parietis cōis tegēdi causa testū p̄iceret̄: ex quo i testum eius ædis quā p̄rexisset aqua deflueret: id tibi ius uideri. His igit̄ locis qui sunt expositi ad oē argumentū repiēdū: tanq̄ elemētis quibusdā significatio: & demōstratio ad repiēdū dat̄. Dicitū igit̄ hactenus satis ē: tibi quidē tā acuto: & tā occupato puto. Sed qm̄ auidū hoīem ad has discendi epulas recepi: sic accipiam: ut reliquiar: sit potius aliquid: q̄ te hinc patiar non satiatū discere. Quādo ergo unusq; eor: locor: quos exposui sua qdam hēt mēbra: ea q̄ subtilissime p̄se quamur: & primū de ipsa diffinitione dicatur. Diffinitio est oratio: quæ id qd̄ definit̄ explicat: quid sit. Definitionū autē duo sunt gñā prima: unū eaq; rerū q̄ sunt: altere eaq; quæ intelligunt̄. esse ea dico: quæ cerni tāq; possunt: ut fundū: aedes: parietē: stillicidiū: mācipiū: pecudes: supellectilē: penus: & cætera. quo ex gñe qdā interdū uobis diffiniēda sunt. Eaq; aut̄ rerū quæ nō sunt nō esse rursus ea dico: quæ tāq; demōstratiue nō possunt: cerni tñ aīo atq; intelligi possunt: ut si usufructionē: si tutelā: si gentē: si agnationē diffinias: quar: rerū nullū subest quasi corpus. Est tñ quædā cōformatio insignita & im̄p̄ssa itelligen-tia quā notionē uoco: ea sape tñ in argumentando diffinitione explicāda est. Atq; etiā diffinitiones aliæ sūt partitionū: aliæ diuisionū. Partitio nūquam res ea q̄ p̄posita est quasi in membra dispergit̄: ut si quis ius ciuile dicat: id eē qd̄ i legibus senatuscōsultis: rebus iudicatis: iuris peritor: auctoritate: edictis magistratū: more: æquitate cōstat. Diuisionū aut̄ diffinitio formas oēs cōplectitur: q̄ sub eo gñe sunt: qd̄ definit̄. hoc modo.

Abalienatio est eius rei: quæ mancipi est: aut traditio alteri nexu: aut i iure concessio: inter quos ea iure civili fieri pnt. Sunt etiam alia genera de finitionum sed ad huius libri institutū illa nil pertinent: tantum est dicendū quid sit diffinitionis modus. Sicut igit̃ ueteres p̃cipiunt: q̃ sumpseris ea: q̃ sunt ei rei quā diffinire uelis cū aliis cōia usq; eo p̃sequi dū propriū efficiat: q̃ nullā in aliam rē trāfferri possit. ut hoc. hæreditas est pecunia. Cōmune adhuc. Multa enim gr̃a sunt pecuniæ. Adde qd̃ sequitur. q̃ morte alicuius ad quē piā puenit. Nondū est diffinitio. Multis enim modis sine hæreditate teneri mortuorū pecuniæ posunt. unde addendū uerbum iure. Nā a cōione res disiuncta uidebitur: ut sit explicata diffinitio sic. hæreditas est pecunia quæ morte alicui⁹ ad quē piā puenit iure. Nōdū. n. satis ē: adde nec ea aut legata testamēto: aut possessione retēta: cōstitutum ē. Itēq; ut illud. gētiles sunt: qui eodē noīe sunt iter se. nō ē satis. qui ab īgeniis oriūdi sunt ne id quidē satis ē. quorū maiorū nemo seruitutē seruiuit. A best̃ etiā nūc: q̃ capite nō sunt diminuti. hoc fortasse satis ē. Nihil enī uideo Scæuolā p̃tōficē ad hāc definitionē addidisse atq; hęc ratio ualet i utroq; g̃ne diffinitionū: siue id qd̃ est: siue id qd̃ intelligit̃ diffiniendū ē. Partitionū autē & diuisionū genus quale eēt ostēdim⁹: sed qd̃ inter se differāt planius dicēdū ē. In partitionē q̃ si mēbra sunt: ut corporis: caput: hūeri: manus: latera: crura. pedes: & cætera. In diuisione formæ: quas gr̃aci ideas uocāt: nī siq; forte hęc tractāt: spēs appellāt: nō pessime id quidē: sed inutiliter ad mutādos casus i dicēdo. Nolim enī ne si latine quidē dici posset: specieꝝ & speciebus dicere: & sæpe his casibus utēdū ē: at formis & formæ uelim. Quum autem utroq; uerbo idem significetur: commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam diffiniunt hoc modo. Genus est notio ad plures differentias p̃tinens. Forma est notio: cuius differentia ad caput generis: & quasi fontem referri potest. Notionem appello quod gr̃aci tum ἐννοιαν tum προληψιν dicunt. Ea est insita & ante percepta cuiusq; formæ cognitio enodationis indigens. Formæ igitur sunt hæc in quas genus sine illius pretermissione diuiditur. ut si quis ius in legem morem: æquitatem diuidat. Formas qui putat idem esse quod partes: confundit artem: & similitudine quadā conturbatus non satis acute: q̃ sunt secernēda distinguit. Sæpe etiā diffiniūt & oratores & poetæ p̃ translationes uerbi ex similitudine cū quadā suauitate. Sed ego a uestris exemplis nisi necessario nō recedā. Solebat igit̃ Aquilius collega & familiaris meus: q̃ de littoribus

ageretur: quæ omnia publica esse uultis: quærētibus his ad quos id pertinebat: quid esset littus: ita diffinire: quo fluctus eluderet. Hoc est quasi qui adolescentiam florem atatis: senectutem oc casum uitæ uelit diffinire. trāslatione enī utens discedebat a uerbis propriis ac suis. Quod ad diffinitiones attinet hactenus: reliqua uideamus.

Partitione autem sic utendum est: nullam ut partem relinquant. Vt si partiri uelis tutelæ: isciēter facias: si ullam p̃termittas. At si stipulationū aut iudiciorum formulas partiare: non est uitiosum in re infinita p̃termittere aliquid: qd̃ idē in diuisione uitiosum ē. Formæ enim certus ē numerus: q̃ cuiq; generi subiciātur. partiū distributio semper est īfinitior: tanq̃ riuorū a fonte deductio. Itaq; in oratoriis artibus quæstionis genere proposito: quot eius formæ sint: subiungitur absolute. At quum de ornamentis uerborū sententiarūq; p̃cipitur quæ uocant schemata: nō fit idē Res enim est īfinitior: ut ex hoc quoq; intelligatur: quid uelimus inter partitionē & diuisionem interesse. Quanq̃ enim uocabula p̃pe idem ualere uideātur: tamen quia res differebāt: noīa rerū distare uoluerūt. Multa etiā ex notatione sequuntur. Ea est autē quum ex ui nominis argumentum elicit̃: quā gr̃aci ætymologiā uocāt. id ē uerbi ex uerbo ueriloquiū. Nos autē nouitatē uerbi non satis apti fugientes genus hoc notationē appellamus: quia sunt uerba rerū notæ. Itaq; hoc idē Aristoteles οὐκ ὀνομαζον appellat: qd̃ latine est nota. Sed quū intelligit̃ quid significet: minus laborandū est de nomine. Multa igitur in disputando notatione eliciūtur ex uerbo. Vt quū quæratur postliminiū quid sit. Non dico q̃ sunt postliminii: nam id caderet in diuisionē quæ talis ē Postliminio redeunt hæc: homo: nauis: mulus: clitellarius: equus: equa: quæ frenos recipere solet Sed quum ipsius postliminii uis quæratur: & uerbum ipsum notat̃: in quo Seruius noster Cut opior nihil putat esse notādū: nisi post & liminiū illud p̃ductionē uerbi esse uult: ut īfinitimo: legitimo: aditimo non plus inesse timū: q̃ in meditullio tullii. Scæuola autē. P. filius iūctum putat esse uerbū: ut sit in eo & post & limē: ut quæ nobis alienata sunt. quum ad hostē petuenerint: & ex suo tanq̃ limē exierint: ea quū redierit post ad idem limē postliminio uideatur redisse: quo genere etiā mancini causa defendi pōt: postliminio redisse deditum nō eē: qm̃ non sit receptus. Nā neq; deditio: neq; donationē sine acceptatione intelligi posse. Sequit̃ is locus qui cōstat ex his rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo ambigit̃: quē modo dixi i plures partes distributū. Cuius primus locus ē: ex coniuga

tione quam græci $\sigma\upsilon\zeta\upsilon\psi\iota$ & $\alpha\lambda\lambda$ uocant finitimus notatiōi de qua modo dictū ē: ut si aquā pluuiā eam modo intelligeremus: quam imbrī collectā uideremus: ueniret mutius: qui quia coniugata uerba essent pluuiā & pluendo: diceret omnem aquam oportere arceri: quæ pluendo creuisset. Quum autem a genere ducetur argumentum: nō erit necesse id usq; a capite arcescere: sæpe etiā citra licet: dum modo supra sit quod sumit: quam id ad quod sumitur: ut aqua pluuiā. ultimo genere ea est quæ de cælo ueniens crescit imbrī: sed proprio loco in quo quasi ius arceudi continetur: genus est aqua pluuiā nocens: cuius generis formæ: loci uitio & manu nocens: quæ altera iubetur ab arbitrio coerceri: altera non iubetur. Cōmode etiā tractatur hæc argumentatio quæ ex genere sumitur: quum ex toto persequare partes: hoc modo. Si dolus malus est quum aliud agit: aliud simulatur: enumerare licet quibus id modis fiat: deinde in eorum aliquem id quod arguas dolo malo factum includere: quod genus argumenti imprimis firmum uideri solet.

Similitudo sequitur: quæ late patet: sed oratoribus & philosophis magis quam uobis. Est enim omnes loci sunt omnium disputationum ad argumenta suppeditanda: tamen aliis disputationibus abundantius occurrunt: aliis angustius. Itaq; genera tibi nota sint. ubi autem his utare: quæstiones ipsæ te admonebunt. Sunt enim similitudines: quæ ex pluribus collationibus perueniunt: quo uolunt: hoc modo. Si tutor fidem præstare debet: si socius: si cui mandaris: si qui fiduciam accæperit: debet etiā procurator. Hæc ex pluribus perueniens quo uult: appellatur inductio: quæ græce $\pi\alpha\rho\rho\gamma\omicron\psi\iota$ nominatur: quæ plurimum est usus in sermonibus Socrates. Alterum similitudinis genus collatione sumitur: quum una res uni: par pari comparatur: hoc modo: quemadmodum si in urbe de finibus cōtrouersia est: quia fines magis agrorum uideantur esse quam urbis finibus regendis: addicere arbitrum non possis: sic si aqua pluuiā in urbe nocet quoniam res tota magis agrorum est: aquæ pluuiæ arceudæ addicere non possis arbitrum. Ex eodem similitudinis loco etiā exempla sumuntur: ut Crassus in curiana causa exēplis plurimis usus est: qui testamento si hæredem instituisset: ut si filius natus esset in decē mensibus: isq; mortuus priusquā in suam tutelam uenisset hæreditatem obtinuisset. Quæ cōmemoratio exemplorum ualuit: eaq; uos in respondendo uti multū soletis. Ficta etiā exempla similitudinis habēt uim: sed ea oratoria magis sunt quam uestra: quæ uti etiā uos soletis: sed hoc modo: Finge man-

cipio aliquem dedisse: id quod mācipio dari nō potest: Num iccirco id eius factum est: qui accæpit: aut neq; is qui mancipio dedit ob eam rem se ulla re obligauit? In hoc genere oratoribus & philosophis concessum est: ut muti etiā loquātur: ut mortui ab inferis excitentur: ut aliquid quod nullo modo fieri possit augendæ rei gratia dicatur: aut minuendæ: quæ hyperbole dicit: & multa mirabilia alia. Sed latior est campus illorum: eisdem tamen ex locis (ut ante dixi) & in maximis: & in minimis quōnibus argumenta ducunt.

Sequitur similitudinem differentia rei maxime contraria superiori: sed est eiusdem dissimile & simile inueniri. eius generis hæc sunt. Nō quæ admodum quæ mulieri debeas recte ipsi mulieri sine tutore auctore soluas: ita quæ pupillæ: aut pupillo debeas recte: possis eodem modo soluere. Deinceps locus est qui a contrario dicitur. Contrariorum autem genera plura. unum eorum quæ in eodem genere plurimum differt: ut sapientia stulticia. Eodem autem genere dicuntur: quibus positis occurrunt tanquam e regione quadā cōtraria: ut celeritati tarditas: non debilitas: ex quibus contrariis argumenta talia existunt. Si stulticiam fugimus: sapientiam sequamur: & bonitatem si maliciam: hæc quæ ex eodem genere contraria sunt appellantur diuersa. Sunt enim alia contraria quæ priuantia licet appellemus latine: græce appellantur $\sigma\epsilon\pi\eta\iota\kappa\alpha$. Præpositio. n. in priuat uerbum ea uel quam haberet si in præpositum non fuisset: ut dignitas: indignitas: humanitas: inhumanitas: & cætera generis eiusdem. Quorum tractatio est eadem quæ superiorum: quæ aduersa dixi. Nam alia quoq; sunt contrariorum genera: uelut ea quæ cum aliquo conferuntur: ut duplum simplicum: multa pauca: longū breue: maius minus. Sunt etiā ualde contraria alia quæ appellantur negantia: ea $\alpha\pi\omicron\phi\alpha\tau\iota\kappa\alpha$ græce contraria aientibus: ut si hoc est: illud nō est. Quid enim opus exemplo est: tantum intelligatur argumēto querendo: contrariis omnibus contraria non conuenire. Ab adiunctis autē posui equidem exemplum pauloante: multa. s. adiungi quæ suscipienda essent si statuissemus ex edicto prætoris secundum eas tabulas possessionem dari: quas instituisset: cui testamenti factio nulla esset. Sed locus hic magis ad coniecturales causas quæ uersantur in iudiciis ualent: quæ queritur: quid aut sit: aut euenierit: aut futurum sit: aut quid omnino fieri possit. Ac loci quidē ipsius forma talis est. Admonet autem hic locus ut quærat quid ante rem: quid cum re: quid post rem euenierit: nihil hoc ad ius: ad Ciceronem in quibat Gallus noster: si quis ad eū quid tale ret-

tulerat: ut de facto quaeretur. Tu tamen patiare: nullum a me artis institutæ locum preteriri. Ne si nihil nisi quod a te scribendum putarim: nimium te amare uideare? Est igitur magna ex parte locus hic oratorius: non modo non iurifconsultorum: sed ne philosophorum quidem. Ante rem enim quaeruntur: quæ talia sunt: apparatus: colloquia: locus: institutum conuiuuii. Cum re autem pedum crepitus: strepitus hominum: corporæ umbræ: siquid eiusmodi. At post rem: rubor: pallor: titubatio: siqua alia signa cōturbationis & conscientiæ. Præterea restinctus ignis: gladius cruentus: cæteraq; quæ suspicionē facti possunt mouere. Deinceps est locus dialecticorum proprius ex consequentibus & antecedentibus & repugnantibus: qui etiam ab adiūtis longe diuersus est. Nam coniuncta (de quibus paulo ante dictum est) non semper eueniūt: consequentia autem semper. Ea enim dico consequentia: quæ rem necessario consequuntur. Itēq; & antecedentia: & repugnantia. quicquid enim antecedit quamq; rem: id cohæret cum re necessario: & quicquid repugnat: id eiusmodi ē ut cohærere nūquam possit. Quum tripartite igitur distribuatur locus hic in cōsecutionem: antecedentem: repugnantiam reperiendi argumenti locus simplex est: tractandi triplex. Nam quid iter est quum hoc sumpseris: pecuniam numeratam mulieri deberi: cui sit omne argentum legatum: utrum hoc modo concludas argumētum? Si pecunia signata argentum est: legata est mulieri ē autem pecunia signata argentum: legata igitur est: an illo modo si numerata pecunia non est legata? non est numerata pecunia argētum: est autem numerata pecunia argentum: legata igitur est. An illo modo non est legatum argentum: & non est legata numerata pecunia? legatum autē argentum est: legata igitur numerata pecunia ē. Appellant autem dialectici eam conclusionem argumenti: in qua quum primum sumpseris: consequitur id quod annexum est primum conclusionis modum. Quum id quod annexum est negaris: ut id quoq; cui fuerit annexum: negandū sit. Secundus is appellatur concludendi modus. Quum autem aliqua cōiuncta negaris: & his alia negatio rursus adiungitur: & ex his primū sumpseris: ut quod relinquitur tollendum sit: is tertius appellatur conclusionis modus. Ex hoc illa rhetor: ex cōtrariis cōclusa: q̄ ip̄i ἐνὸς μὴ ἢ ᾱ τ̄ & appellant: non q̄ non omnis sententia proprio nomine ἐνὸς μὴ ᾱ dicatur: sed ut Homerus propter excellentiam cōmune poetarum nomen efficit apud græcos suum: sic quum omnis sententia enthymema dicatur: quia uidetur ea quæ ex cō-

trariis conficiatur acutissima sola proprie cōmune nomen possidet. Eius generis hæc sunt. hunc metuere: alterum in metu non ponere. eam quā nihil accusas damnas: bene quam meritam æstimas male mereri. id quod scis prodest: nihil id quod nescis obest. Hoc differēdi genus attingit omnino nostras quoq; in respondendo disputationes: Sed philosophorum magis quibus est cū oratoribus illa expugnantibus sententiis cōmunis conclusio: quæ a dialecticis tertius modus: a rhetoribus enthymema nuncupatur. Reliqui dialecticorum modi plures sunt: qui ex disunctionibus constant: aut hoc: aut illud. hoc autem non: igitur illud. Itēq; aut hoc: aut illud: non autem hoc. illud igitur. Quæ conclusiones iccirco ratae sunt: q̄ in disunctione plus uno uerum esse non potest. Atq; ex his conclusionibus (quas supra scripsi) prior quartus: posterior quintus a dialecticis modus appellatur. Deinde addūt cōiunctionum negatiā sic: non & hoc est & illud hoc autem non igitur illud: hic modus est sextus septimus autem: non & hoc & illud: non autem hoc: illud igitur. Ex his modis conclusiones innumerabiles nascuntur: in quo est fere tota dialectica: sed ne hæc quidem quas exposui ad hanc institutionem necessariae. Proximus est locus rerum efficientium quæ causæ appellantur: deinde rerum effectarum ab efficientibus causis. Harum exempla: ut reliquorum locorum paulo ante posui: & quidem ex iure ciuili: sed hæc patent latius. Causarum igitur genera sunt: unū quod ui sua id quod sub ea subiectū est certe efficit ut ignis accendit. Alterum quod naturam efficiendi non habet: sed sine quo effici nō possit. Ut si quis æs causam statuæ uelit dicere: quod sine eo non possit effici. Huius generis causarum sine quo non efficitur: alia sunt quæta nihil agētia: stolidi quodammodo: ut locus: tempus: feramentum: & cætera generis eiusdem: alia autē præcursionem quandam adhibent ad efficiendum: & quædam afferunt per se adiumenta: etsi non necessaria: ut amor congressio causam attulerit: amor flagitio. Ex hoc gñe causarū ex æternitate pendentium fatum a stoicis nectitur. Atq; ut earum causarum sine quibus effici nō potest genera diuisi: sic etiam efficientium diuidi possunt. Sunt enim aliæ causæ quæ plane efficiant nulla re adiuuante: aliæ quæ ad iuuari uelint ut sapientia efficit sapientes sola: per se. beatos efficit: necne sola per se quæstio est. Quare quum in disputationem inciderit causa efficiens aliquid necessario sine dubitatione licebit quod efficit ab ea causa cōcludere. Quum autem erit talis causa: ut in ea non sit efficiendi necessitas: necessaria

conclusio nō sequitur. Atq; illud quidem genus caufarum quod habeat nīm efficiendi necessariam: errorem afferre non fere solet: hoc autem sine quo non efficitur sæpe conturbat. Non autē si sine parentibus filii esse non possunt: propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Hoc igitur sine quo non fit ab eo: a quo certe diligenter est sepe radum. Illud. n. est tanq; utinam ne in nemore pelio cæsæ securibus ad terram cecidissent abiegnæ trabes: nisi. n. cecidissent abiegnæ ad terrā trabes: argo illa facta non esset: nec tamen fuit in his trabibus efficiendi uis necessaria. At qum in Aiakis nauem crispii fulcās ignem fulmen iniectum est: inflātur nauis necessario. Atq; etiam est caufarum dissimilitudo q̄ alia sunt: ut sine ulla appetitione animi: sine uoluntate: sine opinione suum quasi opus efficiat. Velut omne intereat quod ortum sit. Alia autē aut uoluntate efficiuntur: aut habitu: aut natura aut arte: aut casu. Voluntate: ut tu qum hunc libellum legis. Perturbatiōe animi: ut si quis euentum horum temporum timeat. Habitu: ut facile & cito irascatur. Natura: ut uitium indies crescat. Arte: ut bene pingat. Casu: ut prospere nauiget. Nihil horum sine causa: nec quicq; omnino: sed huiusmodi causæ non necessaria. Omnium autem caufarum in aliis inest constantia: in aliis non inest. In natura & in arte constantia est: i cæteris nulla. Sed tamen earum caufarum: quæ nō sunt constantes: alia sunt perspicuæ: alia latent. Perspicuæ sunt quæ appetitionem animi: iudiciumq; tangunt. Latent quæ subiectæ sunt fortunæ. Qum enim nihil sine causa fiat: hoc ipsum fortunæ euentus obscura causa latenter efficitur.

Etiam ea quæ fiunt partim sunt ignorata: partim uoluntaria. Nam iacere telum uoluntatis ē: ferire quē nolueris fortunæ: ex quo aries ille subicitur in uestris actionibus: si telum manu fugit magis quā iecit. Cadūt etiam in ignoratiōe atq; imprudentiam perturbationes animi tanq; sint uoluntariæ. Obiurgatione enim & admonitione deiiciuntur: tamen habent tantos motus: ut ea quæ uoluntaria sunt: aut necessaria iterdū: aut certe ignorata uideantur. Toto igitur loco caufarum explicato: ex earū differentia in magnis quidem causis: uel oratorū: uel philosophorum magna argumentorū suppetit copia. In uestris autem si non uberior: & fortasse subtilior. Priuata enim iudicia maximarum quidem rerū in iurisperitorum mihi uident esse prudentia. Nam & adfunt multum: & adhibentur in consilio: & patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus hastas ministrant. In omnibus igitur his iudiciis: quibus ex fide bona est

additum: ubi uero etiam: ut inter bonos benefici oportet. Imprimisq; in arbitrio rei uxoriæ i quo est quid eis melius æquiusue: parati esse debent. Illi enim dolum malum: illi fidem bonā: illi æquum bonum: illi quid sociū socio. Quid enī q̄ negocia aliena curasset: ei cuius ea negocia fuissent? Quid eū q̄ mādasset ei cui mandatū eēt alterū alteri p̄stare oporteret qd uirū uxori? quid uxorem uiro tradiderūt. Licebit igit; diligēter cognitio argumentorū locis: non modo oratoribus & philosophis: sed iuris etiam peritis: qm̄ de cōsultationibus suis disputare. Cōiunctus huic causæ loco locus ille est qui efficit ex causis. ut enim causa effectū indicat: sic quod effectū est: q̄ fuerit causa demonstrat. hic locus suppetitare solet oratoribus & poetis: sæpe etiam philosophis: sed iis qui ornati & copiose loqui possunt: mirabilem copiam dicendi qum denūciat quid ex quaque re sit futurū. Caufarū enim cognitio cognitionē euentorū facit. Reliquus est cōparationis locus cuius genus & exemplū supra positum est: ut cæterorū nunc explicanda tractatio est. Cōparantur igit; omnia quæ aut maiora: aut minora: aut paria dicunt. In quibus expectant hęc. numerus: species: uis: quæ dā etiam ad res aliquas affectio. Numero sic cōparabunt: ut plura bona paucioribus bonis anteponant: pauciora mala malis pluribus: diuturniora bona breuioribus: lōge & late peruagata angustis: ex quibus plura bona propagent: quæq; plures inuentent & faciant. Specie aut cōparant: q̄ ppter se expetenda sunt iis quæ ppter aliud: & ut innata atq; insita adsumptis & aduenticiis. itegra cōtaminatis. iucunda minus iucundis. honesta iis etiā utilibus. p̄liuia laboriosis. necessaria non necessariis: sua alienis. rara uulgariibus. desiderabilia iis quibus facile carere possis. p̄fecta i choatis. tota partibus. ratione utētia rationis exptibus. uolūtaria necessariis. aiata inanimatis. naturalia non naturalibus: artificiosa nō artificiosis. Vis aut in cōparatione sic cernitur. efficiens causa grauior q̄ nō efficiens. q̄ se ipsa cōtenta sunt meliora: q̄ quæ agent aliis. q̄ in nra q̄ quæ i aliorū potestate sunt: stabilia i ceteris: quæ eripi non possunt iis q̄ possunt. Affectio autem ad res aliquas est huiusmodi. principū cōmoda maiora q̄ reliquorū: itemq; q̄ iucūdiōra: q̄ pluribus pbata: q̄ ab optimo quoq; laudata. Atq; ut hęc in cōparatione meliora: sic deteriora q̄ iis cōtraria. Parium aut cōparatio: nec elationem habeat: nec sūmissionem. est enī æqualis. Multa autem sunt: q̄ æqualitate ipsa comparent: q̄ ita fere cōcluduntur. Si cōsilio iuuare ceteros & auxilio æqua in laude ponendum est: pari gloria debent esse qui consulunt: & qui defendunt. Ac qd pri-

Topica

num est: quod sequitur igitur. Perfecta est ois argumentorū inueniendorū p̄ceptio: ut quum p̄fectus sit a diffinitione: a partiōe: a notatione: a cōiugatis: a genere: a formis: a similitudine: a differētia: a contrariis: ab adiūctis: ab antecedentibus: a consequentibus: a repugnantibus: a causis ab effectis: a comparatione maiorū: minorū: parium: nulla p̄terea sedes argumenti quærenda sit.

Sed quā ita a p̄cipio diuisimus: ut alios locos diceremus: in eo ipso de quo ambigit̄ hærere: de quibus satis dictū est: alios assumi extrinsecus: de his pauca dicamus. Et si ea nihil oīno ad uestras disputationes p̄tinent: sed tñ totā rem efficiam? quandoquidem cœpimus. Neq; enī tu is es quē nihil nisi ius ciuile delectet. Et quā ad te hæc ita scribuntur: ut etiam in aliorū manus sint uentura: detur opera: ut q̄ plurimū iis quos recta studia delectant: p̄desse possimus. Hæc ergo argumentatio q̄ dicit̄ artis expertis: in testimonio posita ē. Testimoniū aut̄ nunc dicimus: oē qd̄ ab aliqua re externa sumit̄ ad faciendam fidem. Persona aut̄ non qualiscūq; est: testimonii pondus habet. Ad faciendam enī fidē auctoritas q̄rit̄. Sed auctoritatē aut̄ natura: aut̄ tēpus affert. Naturæ auctoritas in uirtute inest̄ maxime. In tēpore aut̄ multa sunt: q̄ afferāt auctoritatē: ingeniu: ætas: opes: fortuna: ars: usus: necessitas: concursio etiam nō nunq̄ rerū fortuitarū. Nā & ingeniosos: & opulētos: & ætatis spatio p̄batos dignos: quibus credatur: putant. Non recte fortasse: sed uulgi opinio mutari uix p̄t: ad eāq; oīa dirigunt: & qui iudicant: & qui existimāt. Qui enī his rebus (quas dixi) excellūt: ipsi uirtute uident̄ excellere. Sed reliquis quoq; rebus quas modo enumeravi: q̄q; in his nulla species uirtutis est. tñ interdū confirmatur fides: si usus aut̄ ars quædā adhibet̄. Magna enī est uis ad persuadendū sciētiae: aut̄ usus. Plærumq; enim credit̄ iis qui expti sunt. Facit etiā necessitas fidem: quæ tum a corporibus: tum ab animis nascit̄. Nam & uerberibus: & tormentis igni fatigati: quæ dicunt: ea uident̄ ueritas ip̄a dicere. & quæ a perturbationibus animi dolore: cupiditate: iracundia: metu: quia necessitatis uim habent: afferunt auctoritatem & fidem. Cuius generis etiam illa sunt: ex quibus nō nunq̄ uerū inuenitur. pueritia. somnus. imprudentia. uiolentia. insania. Nā & per uim sæpe iudicauerūt aliquid quod pertinet: ignari. & per somnū: uinum: insaniā multa sæpe patefacta sunt. Multi etiam in res odiosas imprudenter inciderunt: ut Stalerio nuper accidit: qui ea locutus ē bonis uiris subasculantibus pariete interposito: quibus patefactis in iudicium platis rei capitalis iure dānatus est. Huic simile quiddam de lacedæmo-

nio Pausania accepimus. Concursio etiam fortitorum talis est: ut si iteruentum est casu quum aut ageretur aliquid quod proferendum non esset: aut diceretur. In hoc genere etiam illa in Palledē est coniecta suspitionum p̄ditionis multitudo. Quod genus refutare interdum ueritas uix potest. Huius etiā & gn̄is fama uulgi quoddam multitudinis testimonium. Quæ aut̄ uirtute fidem faciūt: ea bipartita sunt: ex quibus alterum natura ualet: alterum industria. Deorum enim uirtus natura excellit: hominum aut̄ industria. diuina hæc fere sunt testimonia: primum orationis. Oracula enim ex eo ipso appellata sūt quod est in iis deorum oratio. deinde rerum in quibus sunt quasi quædā opera diuina. Primū ipse mundus eiusq; omnis ordo & ornatus. deinde dem aeris uolatus anium atq; cantus. deinde eiusdem aeris sonitus & ardores. multarumq; rerum in terra portenta. atq; etiam perexta inuenta p̄sensio. A dormientibus quoq; multa significata uisis: quibus ex locis sumi interdum solent ad fidem faciendam testimonia deorū. In hoīe uirtutis opinio ualet plurimum. Opinio autem est non modo eos uirtutem habere qui habent: sed eos etiam qui habere uideantur. Itaq; quos ingenio: quos studio: quos doctrina p̄ditos uident quorumq; uitam constantem & p̄batam: ut Catonis. Lælii. Scipionis. aliorumq; plurimum uidentur eis esse: quales se ipsi uelint. Non solum eos cēsent tales esse qui i honoribus populi reppuerantur: sed etiam oratores: & philosophos: & poetas: & historicos ex quorum & dictis & scriptis sæpe auctoritas petitur ad faciendam fidem. Expositis oibus argumentādi locis: illud primū intelligendum est: nec ullam esse disputationē: i qua non aliquis locus incurrat: nec fere omnes locos incidere in omnem quæstionem: sed quibusdam quæstionibus alios: quibusdam alios esse aptiores locos. Quæstionum duo sunt genera: alterum infinitum: alterum definitum. Definitum est quod hypothesin græci: nos causam. Infinitum quod thesin illi appellant: nos p̄positū possumus noiare. Causa certis personis: locis: temporibus: actionibus: negociis cernitur aut in omnibus: aut in plæriscq; eorum. P̄positum autē in aliquo eorum aut in pluribus: nec tñ in maximis. Itaq; p̄positum est pars causæ: si quæstio earum aliqua de re est: quibus causæ continentur: aut una: aut pluribus: aut nō nunq; oibus. Quæstionum autem quacūq; de re sint: duo sunt genera: unum cognitionis: alterum actionis. Cognitionis sunt hæc: quæ finis est sciētia: ut si quæ ratur: natura ne ius profectum sit: an ab aliqua quasi conditione hominum & p̄actione. Actio-

nis autem huiusmodi exempla sunt: sit ne sapiens ad rempu. accedere. Cognitionis quaestiones tripartitae sunt: quum an sit: aut quid sit: aut quale sit quaeritur. Horum primum coniectura: secundum definitione: tertium iuris & iniuriae distinctione explicatur. Coniecturae ratio in quatuor partes distributa est: quarum est una quum quaeritur: sit ne aliquid. altera unde ortum sit. Tertia quae id causa effecerit. Quarta in qua de mutatione rei quaeritur: sit nec ne ut quidnam honestum sit. & quid aequum. Reuera: an haec tantum in opinione sint. Vnde autem sit ortum ut quum quaeritur natura an doctrina possit effici uirtus. Causa autem efficiens sic: ut quum quaeritur: quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione autem sic: possit ne eloquentia commutatione aliqua in infantiam conuerti. Quum autem quid sit quaeritur notio explicanda est: & proprietas: & diuisio: & partitio. haec enim sunt definitioni attributa. Additur etiam descriptio quam *καταρεψις* graeci uocant. Notio sic quaeritur. Sit ne id aequum quod ei qui plus potest utile est. Proprietas sic: In homine ne solum cadat: an etiam in bestias egritudo. Diuisio & eodem modo partitio sic: Triane genera bonorum sint. Descriptio: qualis sit auarus: qualis assentator: ceteraque eiusdem generis: in quibus natura & uita describitur. Quum autem quaeritur quale quid sit: aut simpliciter quaeritur: aut comparate. Simpliciter expetenda ne sit gloria. Compare: proponenda ne sit diuitiis gloria. Simplicium tria genera sunt: de expetendo fugiendoque: de aequo & iniquo: de honesto & turpi. Comparationum autem duo: unum de eodem & alio: & alterum de maiore & minore. De expetendo & fugiendo huiusmodi: Si expetenda diuitiae. si fugienda paupertas. De aequo & iniquo: aequum ne sit ulcisci a quocumque iniuriam acciperis. De honesto & turpi: honestum ne sit pro patria mori. Ex altero autem genere quod erat bipartitum: unum est de eodem & alio: ut si quaeratur: quid inter amicum inter sit & assentatorem: regem & tyrannum. Alterum de maiore & minore: ut si quaeratur: Eloquentia ne plura sit: an iuris ciuilibus scientia. De cognitionis quaestionibus haecenus. Actionis quaestiones reliquae sunt: quarum duo sunt genera: unum ad officium: alterum ad motum animi uel gignendum: uel sedandum: planeue tollendum. Ad officium sic: quum quaeritur suscipiendi ne sunt liberi. Ad mouendos animos: quum sunt cohortationes ad defendendam rempu. ad gloriam & ad laudem. Quo ex genere querelae: incitationes: miserationesque flebiles. Rursusque oratio tum iracundiam restringens: tum metum

eripiens: tum exultantem laeticiam comprimens: tum egritudinem abstergens. Haec quum in propositis quaestionibus genera sint: eadem in causas transferunt. Loci autem qui ad quaeque quaestiones accommodati sunt: deinceps sunt uidendi. Omnes quidem illi (quos supra diximus) ad pluraque sunt: sed alii ad alias (ut dixi) aptiores. Ad coniecturam igitur maxime apta: quae ex causis: quae ex effectis: quae ex coniuictis sumi possunt. Ad definitionem autem pertinet ratio & scientia definiendi. Atque huic generi finitimum est illud quod appellari de eodem & altero diximus: quod genus forma quaedam definitionis est. Si enim quaeratur: idem ne pertinacia & perseverantia definitionibus iudicandum est. Loci autem conuenient in eius generis quaestionem: consequentes: antecedentes: repugnantes: adiunctis etiam duobus his qui sumuntur ex causis & effectis. Nam si hanc rem illa sequitur: hanc autem non sequitur: aut si hanc res illa antecedit: hanc non antecedit: aut si huic repugnat: illi non repugnat: aut si huic rei: haec illius alia causa est: aut si ex alio hoc: ex alio illud effectum est: ex quouis horum id de quo quaeritur: idem ne an aliud sit inueniri potest. Ad tertium genus quaestionis in quo quale sit quaeritur: in comparatione eadem cadunt quae paulo ante in comparationis loco enumerata sunt. In illud autem genus in quo de expetendo fugiendoque quaeritur: adhibentur ea quae sunt aut animi: aut corporis: aut externa commoda uel incommoda. Itemque quum de honesto turpique queritur: ad animi bona uel mala omnis dirigenda est oratio. Quum autem de aequo & iniquo differitur: equitatis loci colliguntur. Hic ceruntur bipartito: natura & instituto. Natura partes habet duas: tuitionem sui: & ulciscendi uini. Institutio autem equitatis tripartita est: una pars legitima est: altera conueniens: tertia moris uetustate firmata. Atque etiam rursus aequitas tripartita dicitur esse: una ad superos deos: altera ad manes: tertia ad homines pertinere. Prima pietas: secunda sanctitas: tertia iusticia: aut aequitas nominatur. De proposito satis multa: deinceps de causis pauciora dicenda sunt. Pluraque enim sunt ei cum proposito conuia. Triane sunt genera causarum: iudicii: deliberationis: laudationis: quarum fines ipsi declarant: quibus utendum locis sit. Nam iudicii finis est ius: ex quo etiam nomen. Iuris autem partes tunc expositae quum equitatis. Deliberandi finis utilitas: cuius sunt haec partes quae modo expositae rerum expetendarum. Laudationis finis: honestas: de qua item est antedictum. Sed definitae quaestiones a suis quoque locis quasi propriis instituunt in accusationem defensio-

nemq; partitæ: in quibus existunt hæc genera: ut accusator personā arguat facti: defensor aliquid opponat: aut non esse factum: aut si sit factum: aliud eius facti nomen esse: aut iure esse factum. Itaq; aut inficialis: aut coniecturalis prima appellatur: diffinitiuā altera: tertia quāuis molestum nomen hoc sit: iuridicialis uocatur. Harum causarū ppria argumenta ex his sumpta locis quos exposuimus in præceptis oratoriis explicata sūt.

Refutatio autem accusationis in qua est depulsio criminis græcæ dicitur $\zeta\alpha\sigma\iota\sigma$: latine appellat status: in quo primum existit: quasi ad repugnandum congressa defensio. Atq; etiam in deliberationibus & laudationibus iidem existūt status. Nam & neganter sæpe futura: que ab aliquo in sententia dicta sunt fore: Si aut omnino fieri nō possint: aut sine summa difficultate nō possunt: in qua argumentatione status coniecturalis existit. At quum aliquid de honestate: utilitate: æquitate differitur: deq; his rebus quæ his sunt contrariæ: incurrunt status aut iuris: aut nominis. Quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari potest id factum esse quod laudatur: aut non eo nomine afficiendum quo laudator affecerit: aut omnino non esse laudabile: quod non recte non iure factum sit: quibus omnibus generibus usus est nimis impudenter Cæsar contra Catonem meum. Sed quæ ex statu cōtentio efficitur: ea græci $\kappa\rho\iota\nu\omicron\mu\epsilon\nu\omicron\nu$ uocant. mihi placet id: quoniam quidē ad te scribo: quæ de re agitur uocari. Quibus autem hoc quæ de re agitur continetur: ea continentia uocantur: quæ si firmamēta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit. Sed quoniam lege firmitus in cōtroversiis discēptandis esse nihil debet: dāda est opera: ut legem adiutricem & testem adhibeamus. In qua re alii status existunt noui: qui appellantur legitimæ discēptationes. Tum enim defenditur non id legem dicere: quod aduersarius uelit. Id autem contingit quum scriptum ambiguū est: aut duæ differentes sententiæ accipi possunt. Tum opponitur scripto uoluntas scriptoris: ut

quærat: uerba ne plus: an sententia ualere debeant. Tū legi lex contraria affertur. Ita sunt tria genera quæ controuersiam in omni scripto facere possunt: ambiguum: discrepantia scripti & uoluntatis: scriptura contraria. Iam hoc perspicuū est non magis in legibus quam in testamentis: in stipulationibus: in reliquis quæ ex scripto aguntur: posse controuersias easdem existere. horum tractationes in aliis libris explicantur. Næc solū perpetuæ actiones: sed etiam partes orationis iisdem locis adiuuantur: partim propriis: partim communibus: ut in principiis: quibus ut beniuoli: ut dociles: ut attentis sint qui audiant efficiendum est propriis locis. Itemq; narrationes: ut ad suos fines spectēt id est ut plane sint: ut breues: ut euidentes: ut credibiles: ut moratæ. ut cū dignitate. quæ quæ in tota oratione esse debeant magis tamen sunt propria narrandi. Quæ autem sequitur narrationem: fides: ea quoniam persuadendo efficitur: qui ad persuadendū loci maxime ualeant dictum est in iis in quibus de omni ratione diximus discendi. Peroratio autem & alia quædam habeat & maxime amplificatio nem. Cuius effectus hic debet esse: ut aut perturbentur animi: aut tranquillentur: & si ita iam affecti sunt ante: ut augeat eorum motus: aut sedet oratio. Huic generi in quo & misericordia: & iracundia: & odium: & inuidia: & cæteræ animi affectiones perturbantur: præcepta suppeditantur aliis libris: quos poteris mecum legere quum uoles. Ad id autem quod te uelle senseram: cum uolente satisfactum esse debet uoluntati tuæ. Nam ne preterirem aliquid quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret: plura quæ a te desiderata erant: sum complexus: feciq; quod sæpe liberales uenditores solent. ut quæ ædes fundumue uendiderint: ratis: casis: receptis: concedant tamen aliquid emptori: quod ornandi causa apte & loco suo positum esse uideatur. Sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus ornamenta quædam uoluimus non debita accedere.

Finis.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





Quintus Aureus Mempholis
Petrius
Cronis Topica

